Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30678
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

construxit accepit et puteum in sacro fodi
iussit et orationibus aquam impetravit. Ubi
tum duobus monachis sanctimonia mag-
na degebat. Ubi tantis miraculis corus-
cavit quod quicumque nomen eius in carcere
invocasset mox ruptis vinculis nullo
contradicente liber abiret, ut saepe ibidem
sacerdotes praestaret. Tandem plenus vir-

## Quattuor coronatorum

tutibus in domino requievit.

Temporibus Dyocleciani imperatoris
fuerunt quinque viri scilicet Symphorianus
Claudius Nicostratus Victorinus Sim-
plicius lapicide peritissimi et quartum cum
ad iussu cesaris simulacrum sculpere
nollent ipsi quod in plumbeos loculos po-
niti in flumine precipitati. Postea vero
cum compelleret christianos ymagini quod
quattuor corniculari scilicet Severus Seve-
rianus Carpoforus et Victorinus veni-
entes cesar fecit plumbatis interfici
et dum eorum nomina ignorarentur Melchia-
des papa fecit eos quattuor coronatos vo-
cari quod usque ob tunc non obstante
quod nomina eorum post modum sunt revelata.

## Theodori martiris

Theodorus miles Dyocleciani et
Maximiani imperatorum pro fide christi no-
luit sacrificare. In ligno suspenditur
et ungulis ferreis crudelissime lace-
ratur ita ut costae eius nudae apparuerunt. Cum
preses diceret: vis ad hunc nobiscum aut cum christo
manere? At ille: cum christo fui et ero. Tunc
preses cepit eum in ignem cremari.

## De sancto Martino episcopo

Martinus Sabarie pannoniorum
ex nobilibus et gentilibus parentibus
est ortus et intra ytaliam papie
est alitus. Cum esset decem annorum invitis
parentibus cathecuminus est effectus. Quin-
decim annorum iussu imperatoris miles effec-
tus uno suo contentus. Hic clamidem cum paupere
divisit. Ubi in sopore christum in illa veste
vidit vestitum alloquentem angelos
et dicentem: Martinus adhuc cathecu-
menus hac me veste contexit. Viginti
annorum se baptizari fecit. Deinde
barbaris imminentibus militiae expeten-
dis militie cathecuminum victum respuens
interea irruentibus tartaris in

gallias Martinus cum esset pugnaturus
salarium non accepit dicens cesari: Ego
miles christi sum, pugnare michi non
licet. Cui cum tyrannus non religionis
causa sed metu belli miliciam respuere diceret,
cui Martinus: crastina die inermis
... et in nomine christi signo crucis non
clypeo protectus aut galea hostium
cuneos penetrabo securus. Unde cu-
stoditur et inermis contra barbaros
pugnaret et sequenti die et sui se
tradiderunt. Deinde relicta milicia ad
sanctum Hylarium pictaviensem episcopum perrexit
et acolitus ab eo ordinatur. Ad paren-
tes gentiles in sompno a domino iubetur.
Quamque matrem convertit, pater vero in errore
permansit. Deinde cum plebs turonica
episcopo careret ipsum in episcopum elegerunt
ubi ubi tumultum populi non ferens
duobus miliaribus extra urbem monasterium
construxit ubi cum lxxx discipulis in multa
abstinentia vixit. Item ubi vinum
nemo noverat nisi quem infirmitas
coegisset. Iste tres mortuos resusci-
tavit. Iste leprosum parisius osculatus
est. Iste sanctus super globus igneus super
caput eius apparuit. Obitum suum longe pre-
scivit viribus percepit destitui et disci-
pulis indicavit se resolvi. Dyabo-
lum in extremis vidit. Cui dixit: Quid
hic stas cruenta bestia, nichil in me
funestum invenies. Et sic dei annos in
domino requievit. Notandum quod Mar-
tinus tres mortuos suscitavit. Unum quem
laqueo vitam suam finierat, alium ad
hunc expectatum cathecuminum quem
ante baptismum mortuus fuit, roga-
bat ut filium suum mortuus suscitaret.
Igitur Martinus multitudine populi presente
gemitibus flexis pro mortuo supplicabat
quem in conspectu omnium resurrexit.

## De sancto Bricio episcopo

Bricius sancti Martini dyaconus
fuit quem sanctum Martinum deridebat.
Cui agnoscens ipsum Martinus dixit
ei: Non ne aures meae tecum erant
quando hec loquebaris? Sed a domino obtinui tibi
tibi ut in episcopatu me succedas in quo